

SIGILL · COLL · HARVARD · CANTAB · NOV · ANGL · 1650
CHRISTO ET ECCLESIÆ

JULI PFLUGK, Equitis Saxonici, *epistola* AD PERILLUSTREM atque GENEROSISSIMUM VITUM LUDOVICUM à SECKENDORFF VIRUM DE UTRAQUE REPUBLICA MERITISSIMUM,

Præter fata Bibliothecæ Budensis, librorum quoque in ultima expugnatione repertorum catalogum exhibens.



Sumptu JO. BIELCKII, Bibliop. Jen.
M DC LXXXVIII.

PERILLUSTRI ATQUE GENEROSISSIMO DOMINO,

DOMINO

VITO LUDOVICO à SECKENDORFF,

Dynastæ in Oberzenn & Meuselwitz.

VIRO de utraque Republica optime merito.

S. D. P.

JULIUS PFLUGK, Eques Saxon.

POstquam propitia fortuna claram illam Musarum Tuamque, VIR PERILLUSTRIS, sedem,

dem, Meusolvicum dictum mirari, inque splendido sapientiæ templo sacra facere mihi contigit, discedens, nescio quo fato, Similis, viri optimi, de quo superstes fama gloriose loquitur, epitaphium in mentem venit. Nempe accepta hic vir ætatis vacatione, præfectura deposita vix dimissus, VII. annis, quod vitæ ejus fuit reliquum, in otio & quiete exegit, hæc verba moriens sepulchro inscribi curavit:

Similis hic jacet, cujus ætas quidem multorum annorum fuit, septem tamen duntaxat annis vixit. Tu Simili similis ereptus aulæ fluctibus, post tot annorum decursum, Te Tibi reddidisti, & nunc demum non Tuo ipsius solum, sed totius etiam orbis eruditi judicio, recte vivere incipis. Vivis hactenus, sine turbis, Musis vacans per aliquot annos, utque in posterum per se-

ptem

ptem ſeptenos annos quam felicis-ſime vivas, una mecum totus lite-rarum orbis etiam atque etiam ex-optat. Atque ſic habebunt litera-ti ornamentum pretioſum, Muſa-rum cultores aſylum certiſſimum, quo conamina ſua tuto deferre poterunt. Inter hos quidem pri-mus nequaquam ſum, nec tamen poſtremus etiam ero, dum hanc qualemcunque de Bibliotheca Bu-denſi ſcriptionem, per varia tem-porum intervalla exercitii gratia conſarcinatam, tanquam primitias animi devoti, Nomini Tuo, & in eo immortalitati ſacratam eſſe ju-beo. Superiori anno, eodemque menſe, quo nunc hæc ſcribo, Tibi jam deſtinatus erat hic labor. Sed ecce ſubito rumor ad nos delatus, Clariſſimum Tollium meditari quædam de Bibliotheca Budenſi, manum de tabula eſſe juſſit, niſi noctuas Athenas mittere, & poſt Homerum Iliada ſcribere voluiſ-

 ſem.

sem. Cum autem Vir ille celeberrimus scripto suo orbem literarium nondum beaverit, schedas ferme disjectas, iterum per otium conquisivi, & melioribus, quæ ab aliis speramus, præmittere volui. Aliorum quoque lectione dignas judicabo, si TV illarum non modo lector, sed & censor fueris. Erunt autem tractationis meæ capita, de Bibliothecæ Budensis fundatore, loco, modo acquirendi, multitudine, fatis, & præcipue fatorum ultimo, deque ipsis illius reliquiis, quas tumultuarius catalogus exhibebit.

Fuit ergò inclyti illius Musarum delitii author Matthias Corvinus, & bello & pace summè clarus, filius Joh. Hunniadis Corvini, quorum cognominum primum accepit ab arce Hunniadum in extrema Transylvaniæ ora; alterum verò à vico quo natus est, ut communis hactenus opinio tulit. Licet auctor Ano-

nonymus: Siste & Europæ. c. XXXVII. cognomen hoc inditum fuisse putet à corvo, qui annulum sponsalitium matri ejus eripuerit, sagittisque impetitus, iterum dimiserit, qua velut nota natalitiâ Matthias postmodum à patre Joanne Hunniade fuerit agnitus. Cujus rei fidem fecit ipse, Corvini cognomine adoptato, & nummo aureo cuso, (quem Corvinum, vulgo Raber-Ducaten vocant) cujus clypeo inseruit corvum rostro annulum tenentem. Accessit superstitio popularis, ut in difficillimo nisu laborantibus, per Hungariam, hodieque applicentur Ducati illi ad crura, vulgoque creduntur opitulari multum. Sed quicquid de eo sit, Matthias, postquam fratri Ladislao caput ense rotatum, captus, Viennam deductus, & in vincula conjectus fuit, tanquam conscius insidiarum, quæ Regi pararentur. Mater vero hujus, Heroici certe animi fœmina,

fletibus lamentisque fœmineis haud indulgens, arma contra Regem sumpsit, Turcarum etiam auxilium, nisi res Procerum interventu composita fuisset, imploratura. Sed priusquam Matthias noster ex pacto dimitteretur, Rex subita morte extinctus, anno CIↃ CCCC LVII. noster Pragam migravit, quem Georgius Podiebradius gubernator in custodiam recepit. Interim Hungari avorum Corvini nostri, optime semper de Hungaria meritorum, memores, instinctu potissimum Michaelis Zylagii avunculi, Regem elegerunt: & numeratis Georgio quinquaginta millibus aureorum redimunt, qui etiam filiam suam ei despondet, qua extincta, aliam thori ac regni sociam sibi adjunxit Beatricem Aragoniam, Ferdinandi Regis Siciliæ filiam, ex qua nullos liberos suscepit. Itaque noster solenni pompa Alba Regali anno CIↃ CCCC LXIV. coronatus,

tus, unctus atque proclamatus, ita se Regem præstitit, ut Mahumetes II. ob virtutem felicitatemque bellicam, inter Christianos Potentes, eum solum principis nomine censuerit dignum. Neque enim eo regnante deerat regno consilium, Musis asylum, stipendia militibus, clementia subditis, solatium desertis. Et vero jam ineunte juventa statim pium, bonum, felixque ingenium Hungariæ spopondit, ac talem belli & pacis arte clarum futurum Regem, qualem antea cognitum habebant. Imo adhuc adolescentulus auditis aliorum fortibus & præclaris factis, adeò accensus fuisse dicitur, ut exultim tripudians, quasi de animi potestate exierit, ac manuum pedumque applausu virtutis stimulos testatus. Præcipuam tamen laudem apud posteritatem ei peperit cognitio, admiratioque doctrinarum omnis generis, & singulare in his propagan-

di studium: delectatus maxime historiarum cognitione, quas ex græca lingua multas in latinam transfundi curavit, sui usus causa. Didicit studiose multa de stellarum motibus. Doctos inprimis Mathematum peritos, & Poetas ad fastigium amplissimorum honorum evexit. Præ cæteris autem Joh. Regiomontanum tanti fecit, ut crebrò eum eruditorum colloquiorum causa, mensæ contubernio adhibuerit. Hinc ingenti sumptu amplissimam comparavit Bibliothecam, ad quam exornandam multas fecit impensas. Non ignorabat etiam prudentissimus ille Rex, splendorem quoque Regem decere, ut fulgeat Majestas, à superis constituta terrenis ornamentis: hinc magnifica extruxit & sèculo isto stupenda ædificia, quo de audiamus Antonium „ Bonfinium Rer. Hung. Decad. 4. „ l. 7. pag. 681. fol. Budensem ar„ cem, inquit, ubi præter magnifica

Sigis-

„ Sigismundi ædificia: nihil specta-
„ tione dignum erat; adorsus est:
„ retractiorem aulam nimis exorna-
„ vit: quippe qui à Danubii parte æ-
„ diculam statuit hydraulicisq; or-
„ ganis, item sacro fonte duplici
„ marmoreo & argenteo decoravit:
„ collegium adjecit honestissimum
„ sacerdotum: regnis autem suis, or-
bique literario sidus hoc commo-
datum saltem fuit, hinc post XXX
regni sui annos mortalibus iterum
apoplexia subductus, cœlo animam,
Viennæ corpus reliquit sub hoc E-
pithaphio:

Marmore hoc Matthias Corvinus situs est, quem facta Deum ostendunt, fata fuisse hominem.

Quod cum Maximilianus I. legerit, flevisse dicitur. Ubi tamen non negamus circa mortis genus, locumq; sepulturæ auctores variare: dum in apparatu contra Turcas iracundiâ

ob

ob nomiellos à puero suis extinctū esse volunt anno CIↃ CCCC XC. quo die, omnes, qui Budæ erant leones subito interierint. Præterea Albæ Regali sepultum esse dicunt, & illi Antonium Thebaldium hoc Epitaphium condidisse:

Corvini brevis hæc urna est,
quem magna fatentur
Fata fuisse hominem, facta
fuisse Deum.

Fundator itaque Bibliothecæ nostræ Divus ille Rex fuit; cui locum quoque regium dicavit. Exemplo enim veterum Bibliothecam illam splendidam in templo consecravit amœnissimo: de qua Alexander Brossicanus JCtus, qui Wilhelmi ex Eberstein Cæsarei legati comes fuit, & beneficio Serenissimæ & inculpatissimæ Reginæ Mariæ inspiciendæ Bibliothecæ potestatem accepit, ita in epistola ad Episc. Augustensem, Christoph. à Stadion

„ in-

,, inquit. Quanto rectius illi vete-
,, res, qui ut studia redderent orna-
,, tiora, ut libros facerent commen-
,, dabiliores, ut doctorum cultum,
,, atque venerationem augerent,
,, ut ostenderent tandem literas nil
,, aliud esse, quam rem sacram, Bi-
,, bliothecis passim non alibi, quam
,, in Deorum immortalium tem-
,, plis locum dabant. Nam Asini-
,, us Pollio primus Romæ Biblio-
,, thecam in Herculis fano dedica-
,, vit. Hanc laudem Patrum no-
,, strorum memoria, si non supera-
,, vit, æquavit tamen inclytus ille,
,, ac nunquam satis laudatus Panno-
,, niæ rex Matthias, qui Bibliothe-
,, cam suam, quam ex omni genere
,, confertissimam instruxerat, in a-
,, mœnissimo etiam templo conse-
,, cravit. Hæc mihi Bibliotheca
,, manum hic injecit, oratque sup-
,, plex, ut tibi, quæ jam nihil nisi va-
,, num nomen obtinuit, pristinam
,, illam dignitatem atq; celebrita-

,, tem

„ tem filiam, qua nulli concedebat,
„ exponam. Quamobrem optime
„ Princeps, id quod magnopere ad
„ Te pertinet, libenter hæc ad Te
„ scripta leges, atq; hanc meam ex-
„ promptam in Te colendo ac ob-
„ servando voluntatem æqui boni-
que facies. Et ne doctus hic Vir
describendo ac tantum thesaurum
nimium laudando causam faciat,
multa paucis comprehendens scri-
„ bit. Tunc certe non in Biblio-
„ theca, sed in Jovis gremio, quod
„ ajunt, mihi esse videbar. Non
enim libris tantum, sed & aliis re-
bus illustrem Bibliothecam decen-
tibus ornata erat: hinc conspicie-
bantur omnis generis instrumenta
geometrica, hinc globi de quorum
uno Illustris Ranzovius in catalogo
excellentium Astrologorum, non
protrita narrat. anno CIↃ CCCCC
LXXII. postquam tot anni à devasta-
tione huius Bibliothecæ effluxis-
sent; Davidem Ungnadium lega-

tum

tum, ex adverso januæ inter sidera invenisse globum cœlestem, tenentibus eum duobus Angelis, compositum ad tempus electionis Regis, his versibus subjectis:

Cum Rex Matthias suscepit
sceptra Bohemæ
Gentis, talis erat lucida
forma Poli.

Loci hujus quoque mentionem facit Bonfinius his verbis: Collegi-
„um adjecit honestissimum sacer-
„dotum: supra bibliothecam sta-
„tuit mira utrinque linguæ fœcun-
„ditate completam: cultus quo-
„que librorum luxuriosissimus.
„Ante hanc cubiculum est in absi-
„da curvatum, ubi cœlum univer-
„sum suspicere licet, quo spectat Hustrum. In illum igitur locum Regiis sumptibus Matthias congessit ex omnibus totius orbis angulis immensum librorum thesaurum

tam

tum MSS. chartaceorum & membranaceorum, quam impressorum. Cum enim ars Typographica eo tempore nondum utique tantas radices egisset, ut ardentissimis illis & vere regiis votis satisfaceret; hinc passim scribas alebat, quorum beneficio exstructissimam hanc locupletavit bibliothecam. Qua de re testatur Brossicanus JCtus loco supra laudato. „Tantum erat hic „antiquorum Græcorum simul & „Hebræorum voluminum, quæ „Matthias ille rex capta jam Con„stantinopoli, eversisque aliis am„plissimis Græciæ urbibus, ex me„dia Græcia inæstimandis sumpti„bus coëmerat, ac tanquam man„cipia ex barbarorum catastis at„que compedibus receperat. Tan„tum erat hic latinorum libro„rum & veterum & recentiorum „(procul tamen ablegatis omni„bus sophisticis) ut nusquam alibi, „quod ego quidem sciam: siqui-

„dem

„ dem Matthias Rex, (quem recte
„ librorum heluonem appellave-
„ ris) quatuor insignes librarios
„ Florentiæ magnis alebat impen-
„ diis, quorum is unus & unicus la-
„ bor erat, ut omnes melioris notæ
„ auctores. & Græcos & Latinos,
„ quos commodum ex Græcia ha-
„ bere non poterat exscriberent.
„ Ibi & illud notasse jucundum sit,
„ in fronte cujusvis libri insignia
„ Corvini gentilitia fuisse depicta,
„ in quorum medio cernitur cor-
„ vus niger, rostro tenens annulum
aureum. Quod factum ab alia-
rum bibliothecarum institutis alie-
num non est, cum vel insignia su-
periorum vel imagines, vel utrum-
que simul prima statim pagina re-
ferat. Sic in Bibliotheca Acade-
miæ Jenensis plurimis libris imago
Electoris Joh. Friderici cum insi-
gnibus exhibetur his subjectis versi-
bus:

Et patris, & patrui famam
virtutibus æquat,
Qui patris & patrui nobi-
le nomen habet.
Adſerit invicto divino pe-
ctore verbum,
Et Muſas omni dexterita-
te juvat.
Hinc etiã ad promptos ſtu-
diorum contulit uſus,
Inſpicis hoc præſens quod
modo, Lector, opus.

Ex his recenſitis in aprico eſt, quantus numerus librorum, quantusque theſaurus in hac Bibliotheca fuerit reſervatus. Et quid mirum, ſi, prout Braſſicanus inquit, Jovis gremium fuit Bibliotheca Corviniana, quod profecto magnus ille numerus inter alia ſplendidum fecit. De ingenti aliquo numero teſtatur Braſſicanus oculatus teſtis. Vidi-
mus

„ mus isthic, id quod syllabo no-
„ stro recensere possum, & oculata
„ fide, vidimus integrum Hype-
„ riden cum locupletissimis scho-
„ liis librum multis etiam censibus
„ redimendum. Vidimus gran-
„ dem librum Apostolicorum Ca-
„ nonum, opus incomparabile; vi-
„ dimus Theodoretum Cyrensem
„ in Psalterium integrum. Vidi-
„ mus Chrysostomi, Athanasii, Cy-
„ rilli, Nazianzeni; Basilii Magni,
„ Gregorii Nysseni, Theophanis,
„ Dorothei infinita opera. Vidi-
„ mus Marcum Monachum cogno-
„ mento Anachoretam. Omitto
„ Poëtas, Oratores, Philosophos at-
„ que Historicos, quorum hic im-
„ mensam vim inquirere licuisset.
„ Vidimus Authores Græcos innu-
„ merabiles, infinitaque in Poetas
„ fere omnes commentaria, nemi-
„ ni doctorum aut paucis omnino
„ antea visa. Quis horum libro-
rum determinatus numerus fuerit,

hactenus invenire non potui. Ad minimum quinquaginta millia voluminum tam MSS. quam excusorum adfuisse, quidam asseverare volunt. Non exiguum illum extitisse vel ex eo colligere licebit, quod Bozmannus Cardinalis ducenta millia nummorum imperialis monetæ pro illis frustra Turcis obtulerit.

„ Sed quod longa series, multis „ laboribus multa Deum indulgen„tia struxit, id unus dies spargit ac „ dissipat. Longam moram dedit „ malis properantibus, qui diem „ dixit; hora momentumque tem„poris evertendis imperiis suffece„re. Esset aliquod imbecillitatis „ nostræ solatium, rerumq; nostra„rum, si tam tarde perirent cun„cta, quam fiunt, nunc incremen„ta lente exeunt, festinatur in da„mnum. Nil privatim, nil publi„ce stabile est, tam hominum, „ quam urbium fata volvuntur.

Sic

Sic Romanorum sapientissimus epistola XCI. ante oculos hanc incertam & fluxam omnium rerum faciem, ponit, Lugdunensis triste coloniæ incendium, describens. Verum certe, quod vere pro more dixit, solatium humano generi, literato urbi, omnibusque iis, qui titulo literarum gaudent, patronorum, esset, si cuncta vel maxima tam tarde, quam fiunt, perirent. Non certe ex tot thesauris librorum, & Jovis gremio laciniam barbarorum, cryptasque videremus, nec tot nobilissimorum ingeniorum partus tam misere defleremus, perisse. Sed hominum & urbium imo & bibliothecarum volvuntur fata. Hinc quadringenta millia librorum, referente Seneca l. I. c. IX. de tranq. animi, pulcherrimum regiæ opulentiæ monumentum, sed in re æterna non æternum, infelici igne civili Pompejano periit bello. Hinc Bibliothecam Athe-

nienſium ſpoliavit Xerxes Athenarum potitus. Quam poſtquam ex Seleuci Nicanoris liberalitate iterum recepere, ibi ad Sullæ usque manſit tempora, donec & hic eam cepit, diripuit, afflixit. Hinc Ariſtotelis Bibliotheca ſub terram condita, à blattis & tineis vitiata. Sic & Palatina in templo Apollinis fulmine icta à Deo, ut volebant haruſpices, deſiderata. Sic in Cycladibus inſulis ſectæ Hippocraticæ invidia ſplendidus librorum apparatus conflagravit. Sub Baſiliſci imperio Baſilica una cum bibliotheca, in qua centum viginti millia librorum reperta, & draconis inteſtino centum viginti pedum longitudine, in qua Homeri opera inſcripta fuere, cremavit miſerrime. Pontificis Turcarum maximi ex omni librorum genere confertiſſima bibliotheca incendio menſe Septembri anno præſentis ſeculi XXXIII. exuſta. Imperator Jovianus

nus iniquissimis solicitationibus uxoris Bibliothecam in Trajani honorem à Juliano Apostata exstructam Antiochiæ in suburbio Daphni dicto cremavit. Mouley Cidan. rex Marocanus una cum castello Haarache anno CIↃ IↃC XI. etiam incomparabilem bibliothecam librorum potissimum Politicorum, Medicorum, Mathematicorum, perdidit, quos inter etiam S. Augustinus reservatus dicitur MSS. Papæ Nicol. V. Bibliotheca postea à Sixto IV. aucta, sub Clement. VII. miserrime conflagravit CIↃ IↃ XXVII. Johannis Langi Bibliothècæ, qua ipsi, ut & omnibus eruditis vix quicquam aliud charius, bis fecit jacturam: Primùm Nissæ incendio suborto: & deinde iterum aurigæ incuria, cui libros Viennam crediderat pervehendos. Furiosi Anabaptistæ, omnes à Deo, ut putabant, docti, instinctu Matth. Prophetæ præter sacra Biblia nullos existimantes

libros necessarios, Monasterii Bibliothecam in arcam delatam Vulcano tradidere. Sic Benedictina D. Petri in monte Blandinio ob Mss. famosa direpta atque deperdita. Alia pulcherrima Bibliotheca, in cœnobio Lozensi, ferro & igne periit miserrime. Eodem modo antiqua Bibliotheca du Liege una cum S. Alberti reliquiis conflagravit. Ut taceam alias, inter quas certe famosa Thomæ Bartholini Bibliotheca annumeranda, de qua ad filios elegans dissertatio extat. Quale fatum etiam habuere Bibliotheca Constantinopolitana à Theodosio juniore instructa, Bibliotheca Epicuri, libri Protagoræ, Thesaurus Numæ, apparatus genealogicus ab Herode, & tandem Egberti Eboracensis Archiepiscopi nunquam satis prædicanda. Magnæ certe hæ sunt jacturæ, sed iis satis non comparandæ, quibus illustris & incomparabilis exagitata fuit

Bi-

Bibliotheca Budensis. Itaque ut proposito nostro satisfaciamus, ordine procedemus, fataque maligna, quia non aliter possumus, deflebimus. Regnante igitur Ludovico II. sive Juniore Hungariæ & Bohemiæ Rege Ladislai VI. & Annæ Aurelianensis filio, qui prout sine epidermide natus, sic immature anno octavo coronatus, immature anno ætatis decimo Regno præfectus, immature anno ætatis quinto decimo Mariæ, Caroli V. Cæsaris sorori, maritatus, immature anno XXI. denatus, immature thesaurum multis laboribus, impensis, atque cura paratum, intempestivo ardore juvenili perdidit. Sed perdidit! Liceat Brassicani verbis damnum hoc irreparabile deflere. „Sed, quod Cicero de conjuratis dixit, vixerunt, quos jam sublatos esse, significare voluit, ita „recte diximus, nos vidisse, quippe, qui verear, ne possim ullo un-

 quam

,, quam tempore videre aut confe-
,, qui. Sed interiit ita, ut quoties
,, illius mihi in mentem venit (ve-
,, nit autem sæpissime) toties etiam
,, Virgilianum hoc occurrat: Quis
,, talia fando temperet à lacrymis?
,, mallem ego, sic me Dii ament,
,, hic omnium oblivisci, quam me-
minisse. O utinam, ignotum illum hominem, qui cum eo, antequam cum barbaris iret depugnandum, instanter petierat, de rebus gravissimis loqui, non recusasset, fortasse non à Solimanno ad Mohaziam victus, cum XXX. millibus cæsus, nec infelici fuga paludibus mersus, suam suosque ex imperio fugasset. Sed fata viam inveniunt, & quidem mala, malo medio. Rasum enim caput ad fatales vias & paludes Sacratum caput deduxit. Sic lætius nunquam Regnum perditum, nec tristius unquam tam præclara destructa est Bibliotheca. Cum enim, prout diximus, post infeli-

felicem, Ludovici Regis Hungariæ interitum, Solymannus Turcarum tyrannus Budam occupasset, misere ea direpta, varieque distracta fuit. Nam per milites barbaros in miserabili hac occupatione Regiæ Budæ & Pannoniæ direptione, rarissimi libri, hinc inde venditi & ablati fuerant. In hoc ipso tamen fato nonnullis eruditis hæc felicitas obtigit, ut ex hoc naufragio tabulas aliquas & fragmenta quasi colligerent: inter quos præcipuum merito locum obtinet doctrina, ac meritis maximus Augerius Busbeckius, natione Belga, patria Cominæus, qui in duabus suis præcipuis legationibus (Constantinopolitana & Amasiana) jussu Ferdinandi I. Rom. Regis ipsi commissis, incredibili diligentia & impensis, non tantum quicquid ex Bibliotheca Corviniani librorum nancisci potuit, diligentissime coëmit, verum etiam insignem comparavit numerum vario-

variorum Codicum MSS. quos ex Asia & Græcia Europæa in Austriam reversus, Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensi, liberaliter consecravit. Supersunt illi etiam nunc salvi & incolumes, (prout ex relatione Magnif. Domini Consiliarii & Bibliothecarii Cæsarei habemus) nec admiranda tantum vetustate sua, & argumenti dignitate, verum etiam manu Busbeckiana; qua tanquam peculiari suo charactere in fronte & calce ad hunc modum notati sunt, Augerius de Busbecke comparavit Constantinopoli. Vestigia Busbeckiana non sine laude secutus est, Vir Cl. Johannes Sambucus, Pannonius, Tyrnaviensis, qui Impp. Maximiliani II. & Rudolphi II. Consiliarius fuit, & Historiographus, A. C. CIↃ IↃ LXXXIV. apoplexia Vindobonæ obiit; Hic enim pari liberalitate selectissimos quosque Græ-

cos,

cos, Latinosque, partim ex Bibliotheca Budensi, hinc inde misere distractos venalesque in Hungaria quocunque pretio coemit, suæque privatæ suppellectili librariæ inseruit, quæ demum post ipsius mortem non minus exquisitæ, quam numerosæ Bibliothecæ Imperiali tota insigni incremento accessit. Omnes fere suos libros propria manu signatos, hac formula notavit: Johannis Sambuci Pannonia-Tyrnaviensis. Nec laude sua defraudandus Johannes Faber, Episcopus Vindobonensis sive Wiennensis, qui dissipatos huc atque illuc Bibliothecæ Corvinianæ codices, quos requirere potuit, coëmit, de quo Lambecium audiamus. „Dissipata autem jam memorata „Bibliotheca, emptus est idem ille „codex (nimirum S. Joann. Chry„sostomi de sacerdotio) à Joh. Fa„bro, Episcopo Vindobonensi sive

Wien-

„ Wiennensi; ut ex sequenti atte-
„ stationis formula, quæ in princi-
„ pio & fine ejus etiam nunc extat,
„ videre est. Emtus est ille liber
„ per nos Doctorem Joannem Fa-
„ brum, Episcopum Wiennensem,
„ & Coadjutorem novæ civitatis,
„ Gloriosissimi & Clementissimi
„ Romanorum, Hungariæ, Bohe-
„ miæque &c. Regis ac Archi-Du-
„ cis Austriæ Ferdinandi pientissi-
„ mi à Consiliis & à Confessioni-
„ bus: & quidem non ea pecunia,
„ quæ ex proventibus & censibus
„ Episcopatus provenit, sed ea,
„ quam ex honestissimis nostris la-
„ boribus aliunde accepimus. Pro-
„ inde liberum est nobis dare & le-
„ gare, cui voluerimus. Donamus
„ igitur Collegio nostro apud S.
„ Nicolaum, ordinamusque, ut ibi
„ in perpetuum studentibus usui
„ sit juxta statuta & præscripta no-
„ stra. Actum Viennæ in Episco-
„ pali Curia I. die Septembr. anno

„ Salv.

„Salv. M D XL. Cuspinianum quoque laudat Lambecius comment. de Bibl. Cæs. l. 1. §. XXXVI. p. 33. quod sub ipso plurimum creverit Bibliotheca Cæsarea accensione manuscriptorum, partim ex Monasticis Austriacæ ditionis Bibliothecis, partim verò ex reliquiis reginæ Bibliothecæ Budensis. Sed non pigeat eorum librorum, qui ante receptam Budam in Cæsarea Bibliotheca fuere, mentionem facere.

I. Primus est inter historicos Græcos manuscrpitos, & complectitur Nicephori Calisti octodecim priores libros historiæ Ecclesiasticæ, elegantissimo charactere in membrana exaratos, ea forma, quam vulgo in folio nuncupant. Ex hoc codice, qui unicus forte in orbe terrarum est, prodiit Johannis Langi versio latina Historiæ Ecclesiasticæ Nicephori, ut ipse Langus testatur in præfatione ad Imp. Ferdinandum I. his

L. his verbis: Ipse quidem, singulari providentiæ divinæ beneficio, hosce Nicephori libros, Græco sermone compositos, elegantissimeque manu descriptos, temporibus nostris reservatos, ad nos pervenisse arbitror. Declarat hoc satis rei eventus. Quum namque ante annos multos ex Budensi Regia Bibliotheca, quam Matthias Corv. Pannonum Rex, pulcherrimam, græcis & latinis libris refertam, instituit, surreptus, diu in privati hominis bonis fuisset: & postea per milites Turcicos in miserabili casu, & direptione Pannoniæ inter reliquam prædam Constantinopolim deportatus, in foro ibi scrutario venisset, per quam commode accidit, ut à Christiano, eodemque studioso homine emptus, postliminio in eandem Pannoniam sit reversus. Ubi tandem in dominium præclari & eruditi viri, Georgii Logi JCti, Vratislaviensium

sium S. Crucis & D. Joannis ecclesiarum præpositi & canonici, majestatis tuæ consiliarii, concessit: unde nobis majestate tua jubente ejus latine vertendi potestas est facta. Confer Lambec. comment. Bibl. Cæs. lib. I. p. 108.

II. S. Johannis Chrysostomi libri sex περὶ ἱερωσύνης, sive de sacerdotio, ex græco sermone in latinum translati, membranacei in folio minori, seu in quarto majori. Principium libri primi hujus versionis latinæ, una cum titulo suo, hoc est: Incipit liber primus Dialogi S. Joh. Chrysostomi Constantinopolitani episcopi & S. Basilii Cæsarensis episcopi, collegæ B. Gregorii Nazianzeni, qui intitulatur de dignitate sacerdotali. Mihi quidem multi fuerunt, amici certi, & amicitiæ jura scientes, solideque servantes, unus autem ex his &c. Vid. Lamb. lib. II. l. c. VIII. §. LXXXI. p. 787.

III. Volumen membranaceum in quarto majori, quo continentur Politicorum Aristotelis libri octo, ex græca in latinam linguam eleganter translati à Leonardo Aretino, cum duplici præfatione, nempe ad Eugenium IV. pontificem maximum, & ad lectorem; in quarum posteriori ipse testatur, se jam ante etiam transtulisse libros Ethicorum ad Nicomachum. Curatum à Fabro Episcop. Vid. Lamb. loco citato §. CCXXII. p. 846.

IV. Volumen membranaceum in quarto majori, regis Hungar. Matth. Corv., ad cujus bibliothecam Budensem olim pertinuit, insignibus exornatum, quo continentur quinque diversa opuscula; nempe

(I) Marcellini, Comitis Illyriciani, Chronicon, cujus titulus & principium: Incipit proœmium Marcellini super Chronica sua, &

quæ

quæ sequuntur, ex ipsius chronica deflorata sunt. Post mirandum opus, quod à mundi fabrica usque in Constantinum Principem, Eusebius Cæsariensis &c. Definit autem ibi idem Chronicon his verbis: Post aliquantos dies, mittitur in Africam Joannes, & Artabanes evocatus præsentale accepit Magisterium. Sequitur deinde epilogus, cujus titulus & principium: Collectio omnium annorum istius Chronicæ. Colliguntur omnes anni, usque in consulatum Valentis Sextum &c.

(II) Gennadii, Massiliensis presbyteri, liber de scriptoribus ecclesiasticis, cujus titulus & principium: Incipit liber sancti Gennadii, episcopi Massiliensis de illustribus viris. Jacobus cognomento sapiens, Nisibonnæ nobilis Persarum modo civitatis episcopus, &c.

(III) Isidori, Hispalensis archiepiscopi, liber de scriptoribus ecclesiasticis; cujus titulus & princi-

 pium:

pium: Beatissimi ac egregii viri, Isidori, Hispalensis archiepiscopi, de illustribus viris liber. Incipit prologus ejusdem. Quamvis superius plurimi veterum tractatorum &c.

(IV) Ildefonsi, Toletani archiepiscopi, liber de scriptoribus ecclesiasticis cujus titulus & principium. Beatissimi Ildefonsi, Toletani civitatis archiepiscopi, de illustribus viris liber. Incipit prologus ejusdem: Lege feliciter virorum annotationem illorum, quorum dictis & doctrinis sancta ecclesia &c.

(V) Isidori, Hispalensis archiepiscopi, liber de sanctis patribus, veteris & novi Testamenti, cujus titulus & principium: Egregii viri Isidori, Hispalensis episcopi, de ortu, vita & obitu sanctorum patrum, qui in vetere ac novo Testamento virtutibus claruerunt, liber. Incipit prologus ejusdem Isidori: Quorundam sanctorum, nobilissimorum

rum virorum ortus, vel gesta, cum genealogiis suis in hoc libello; emtum à Fabro. Lamb. loc. cit. §. CCLVII. p. 874.

V. Volumen membranaceum in folio, eleganter scriptum & exornatum, quo continentur Plutarchi vitæ quædam parallelæ Illustrium virorum: nempe

Vita Alcibiadis, interprete Donato Acciaolo, & cum ejusd. præfatione ad Clarissimum virum Petrum Medicem.

Vita Cariolani, interprete Guarino Veronensi.

Vita Philopœmenis, interprete Guarino Veronensi, & cum ejusdem præfatione ad C. Mandium Veronensem JCtum.

Vita Flaminii, interprete Guarino, & cum ejusdem præfat. ad Robertum Ruffum.

Vita Imperatoris Galbæ, interprete Francisco Philelpho & cum e-

jusd. præfat. ad illustrem Principem Malatestum Novellum.

Vita Imperat. Ottonis, interprete Philelpho, & cum ejusd. præfat. ad Illustrem Principem Malatestum Novellum.

Vita Pelopidæ, interprete Antonio Tudertino.

Vita M. Claudii Marcelli.

Vita Thesei, interprete Antonio Tudertino, & cum ejusdem præfat. ad Cardinalem Capranum, Tituli S Marcelli.

Vita Romuli, & comparatio Romuli atque Thesei, interprete Francisco Philelpho.

Vita Niciæ & M. Crassi, interprete Alamanno Rinuccino & cum ejusd. præfation. ad Petrum Medicem, anno CIↃ CCCC LV.

Vita Agidis & Cleomenis, interprete Alamanno Rinuccino & cum ejusd. præf. ad Cl. virum Petrum Medicem anno CIↃ CCCC LVIII.

Vita Tiberii & Caji Gracchorum.

Vita Themistoclis cum præfatione

inter

interpretis latini, cujus nomen ibi omissum est.

Vita Camilli, cum præfatione interpretis latini, cujus nomen ibi omissum est.

Vita Periclis cum præfatione interpretis anonymi.

Vita Fabii Maximi.

Vita Eumenis.

Vita Q. Sertorii, interprete Leonhardo Aretino, & cum ejusd. præfat. ad Antonium Luscum.

Vita Solonis cum præfatione interpretis latini, cujus nomen ibi omissum est.

Vita Poplicolæ cum præfatione interpretis anonymi.

Vita Hannibalis & Scipionis cum præfatione interpretis latini ad Petrum Medicem. Vid. Lamb. l. c. §. CCLXXXVI. p. 942.

VI. Volumen membranaceum in folio, quo continentur P. Papini Statii Sylvarum l. V. In cujus voluminis principio legitur hæc inscriptio

Liber est Johannis Alexandri Brassicani, Philosophi ac JCti, Budæ anno CIↃ IↃ XXV. die VI. Decembris. Lamb. l.c. §. CCCC LXVI. p. 985.

VII. Vigesimus nonus codex manuscriptus theologicus græcus & membranaceus pervetustus & optimæ notæ in quarto, constatque foliis trecentis. Continentur eô quatuor evangelia, incredibili elegantia, magnaque ex parte aureis literis scripta, nec solum imaginibus quatuor Evangelistarum, sed & aliis multis miniatis picturis, historias euangelicas repræsentantibus, mire exornata. Imperitia autem illius, qui veterem eorum compacturam renovavit, non mediocriter turbata & perperam transposita sunt. Antiquitus enim priora duo hujus codicis folia fuerunt, quæ nunc perperam sunt nonagesimum secundum & nonagesimum tertium. His quippe continetur Eusebii Pamphili, episcopi Cæsariensis epistola

ad

ad Carpianum, qua præfatur in de-
cem canones de consonantia qua-
tuor evangeliorum à se compositos.
Scripta autem ea ibi est tota à capi-
te usque ad calcem literis aureis, at-
que incipit hoc modo: Ὑπόθεσις κα-
νόνων τῆς τῶν Εὐαγγελιστῶν συμφωνίας.
Εὐσέβιος Καρπιανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ
ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀ-
λεξανδρεὺς πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν.
Huic igitur epistolæ sine contro-
versia subjungendi sunt ipsi illi ca-
nones Eusebiani, æque ac jam me-
morata epistola, literis aureis exara-
ti, qui extant quatuor illis hujus co-
dicis foliis, quæ nunc quidem sunt
septimum, octavum, nonum & de-
cimum, revera autem deberent es-
se tertium, quartum, quintum &
sextum. Finitis canonibus istis,
sequi primò debet hypothesis, sive
argumentum S. Matth. quod extat
fol. 97. & 98. Deinde recensio ca-
pitum ejusdem evangelii, quæ ex-
tat fol. 94. & 95. Tertiò image

S. Matthæi, quæ extat fol. 99. Quartò denique ipsum S. Matth. evangelium, cum amplissimo commentario marginali, ex variis S. patribus aliisq; scriptoribus ecclesiasticis collecto, à fol. 100. usq; ad fol. 169. Hinc porro similiter sequi debent evangel. duo secundum S. Marcum & S. Lucam, cum præfixis argumentis suis & capitibus, & cum adjuncto amplissimo commentario marginali. Pertingunt autem illa nunc in hoc codice à fol. 170. usque ad fol. 299. Post tria ergo jam memorata evangelia, ultimo demum loco collocari debet evangelium S. Johannis, cum argumento suo atque capitibus & cum amplissimo commentario, qui illi, æque ac tribus præcedentibus evangeliis, in margine adjunctus est. Extat autem illud nunc ibi perperam primo loco, nempe à fol. 13. usque ad fol. 91. Denique silentio non prætereun-

eun-

cundum est; extare in eodem eximio codice manuscripto & quidem fol, 220 p. 2. ante initium evangelii S. Lucæ fragmentum aliquod singulare & lectu dignissimum, &c. Genealogia Christi & beatissimæ matris ipsius Mariæ, ex Hippoliti Thebani opere chronologico desumtum; quod à Nicephori Callisti, Joh Sambuci & Henrici Canisii editionibus impressis, non solum quadantenus discrepat, verum etiam aliquanto auctius est. Lamb. lib. III. §. xxix. p. 41. usque ad 47.

IIX. Trigesimus tertius codex manuscriptus theologicus græcus est membranaceus antiquus in decimo sexto, constatque foliis trecentis tribus. Continentur eo quatuor Evangelia, minutissimis literis elegantissime scripta, sed absque canonibus Eusebianis & ullo commentario. Lamb. l. c. §. xxxIII. p. 48.

IX. Sexagesimus sextus codex manu-

manuſcriptus theologicus græcus & chartaceus antiquus & bonæ notæ in quarto. Conſtatque centum foliis & primum quidem per Sambucum pervenit in Auguſtam Biblioth. Cæſar. Continentur eò S. Baſilii Magni Homiliæ novem in Hexaemeron, ſive de opere ſex diorum, quarum prima incipit πρέπουσα ἀρχὴ τῷ περὶ τῆς τοῦ Κόσμου συστάσεως &c. In fine autem nonæ ſive ultimæ homiliæ extat principium epiſtolæ Papæ, Nicolai Quinti, ad ultimum imperatorem Conſtantinopolitanum, Conſtantinum Palæologum, è latina in græcam linguam à Theodoro Gaza Theſſalonicenſi translatæ, hoc modo: Ἐπιστολὴ μεγίστου Ἀρχιερέως Νικολάου πέμπτου, ἣν μετέφρασε θεόδωρος θεσσαλονικεὺς τῆς Γαζαίων οἰκίας. Νικόλαος Ἐπίσκοπος, δοῦλος τῶν δούλων τοῦ θεοῦ, τῷ φιλτάτῳ ἐν Χριστῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ παλαιολόγῳ Ῥωμαίων ἐπιφανεστάτῳ Αὐτοκράτορι χαίρειν καὶ εὐλογίας ἀποστολικῆς ἀπολαύειν

λαίνω &c. Lamb. loc. cit. §. LXIV. p. 126. seq.

X. Centesimus vigesimus tertius codex MSS. theologicus græcus est chartaceus in folio majori & ante ducentos circiter annos exaratus, à Joh. Sambuco Tirnaviensi redemptus, & post hujus mortem cum reliquâ ipsius suppellectile literaria in augustissimam bibliothecam Cæs. Vindobonensem translatus est. Continentur eô S. Joh. Chrysostomi Homiliæ in evangelium S. Matthæi ab homilia prima, cujus principium: Ἐδεῖ μὲν ἡμᾶς μηδὲ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας &c. usq; ad finem Homiliæ quadragesimæ tertiæ, cujus principium: Ἆρα γένοιτ' ἂν ἀνοητότερον ἢ ἀσεβέστερον &c. Totus codex constat trecentis viginti duobus foliis, & generalem hunc habet titulum: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ὑπόμνημα εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον ἐν ὁμιλίαις. Lamb. l. 4. §. 123. p. 78.

Plu-

Plura adhuc volumina in hac Bibliotheca extare non dubito, quæ tamen nobis nondum innotuerunt.

Verùm non solùm in hac Cæsarea, sed & in aliis tàm publicis quàm privatis latuisse, & adhuc latere multos libros certum est: Ut in bibliotheca augusta, quæ est Guelferbyti, ubi hodie serenissimorum Fratrum biga, Rudolphus Augustus, & Antonius Ulricus primi in Germania Academiam nobilium aulæ suæ felicissimo fœdere sociarunt. Expectamus verò quotidie catalogum librorum Corvinianorum, de quibus dudùm nos certos fecerat. B. Hermannus Conringius in epistolâ de bibliotheca augusta, quæ est in arce Wolfenbüttelensi, ad L.B. à Boineburg p. 119. „In bibl. augusta, scribit, Mss. in-„signis est copia: ut quorum possis ibi numerare bis mille circiter „Græcos, Latinos, Hebraicos, Ara-

„bi-

„bicos, aliarumque linguarum, & „quidem optimæ notæ omnes, „complures hactenus typis non „excusos. In quorum conquisitio- „ne etiam illam felicitatem sibi „contigisse, impense lætatur Prin- „ceps optimus, quod dum ardua „Serenissimæ domus negotia Ru- „dolphum II. & Ferdinandum II. „Imperatores Vindobonæ adire „compulissent, in Hungaria laci- „niam celeberrimæ quondam bi- „bliothecæ Matth. Corvini, sibi „comparare, quamvis magno ære, „concessum fuerit. Et nostra bi- bliotheca publica Salana, quo fato nescio, quodam libro beata est, in quo ostenditur insigne gentilitium Matthiæ Corvini regis Hungariæ, ad quem missus hic codex Mss. membranaceus à Guarino. Titulus libri sic se habet: **Baptistæ Gua- rini libellus ad nobilem ado- lescentem Masseum Gamba-**

balim, de ordine docendi ac ſtudendi. Fuit hic Baptiſta Guarinus filius Guarini Veronenſis, qui eloquentiam, in avorum memoriam deperditam, longo poſtliminio primus reduxit. Patris & filii meminit Onuphrius Panvinius, locum illis concedens inter Oratores literatos, eorumq; ſcripta, ex quibus etiã noſtrum eſt, pluribus recenſet in antiquitatum Veronenſium lib. VI.

In privatorum quoq; bibliothecis egregios fuiſſe codices colligo ex Braſſicani epiſtola ſæpiuscule jam citata. Verba ipſa afferamus. „Interea tamen animum meum „utcunque conſolari ſoleo, quod „ex munificentia atque liberalita„te optimi Regis Ludovici quos„dam Græcos authores, conſecu„tus ſum, nec protritos, nec etiam „aſpernandos. Id quod ubi in lu„cem fuerint editi, (quemadmo„dum diis benevolentibus eden-

tur

„tur brevi) res ipsa indicabit. Inter hos etiam fuit Salviani opus de providentia Dei, ceu id observavimus in epistola dedicatoria ad Ludovicum XIII. à Conrado Rittershusio Salviani miscellaneis „operibus præmissa. Taceo, in„quit, quod hoc ipsum insigne o„pus de providentia, gubernatio„ne, judicioque Dei, cum esset „primo ex Regia Bibliotheca Mat„thiæ Corvini Pannoniæ Regis an„no 1530. à Brassicano prolatum, „quinquagesimo post anno Lute„tiæ Parisiorum, in urbe totius Re„gni Tui principe & auctius & e„mendatius & ordinatius editum „est à Petro Pithæo, æterno illo „Galliæ vestræ ornamento, ut à „doctissimis viris appellatur. Bibliotheca Bilibaldi Birckheimeri non minus MSS. codicibus ex eadem Bibliotheca ornata fuit, ceu testatur epistola CIX. ad ipsum; Quæ extat inter alia opera poli-

tica, historica, philologica & epistolica ejusdem, digesta à Melchiore Goldasto. Cum nuper „ inspiciendum mihi obtulisset, ex „ Bibliotheca tua, Bilibalde clarissime, Georgius Lentius, codicem „ epistolarum Basilii & Gregorii, „ quem cum ob literarum characteres, tum ob vetustatem vehementer videre cupiebam. Est e„ nim, ut mihi conjecturam facien„ di visum est, ante ducentos aut „ amplius annos descriptus, inque „ Regis Hungariæ bibliothecam re„ positus. Confirmor in eo ex epistola quadam Mss. ipsius Birckheimeri ad Georg Spalatinum, quam nuper hospes meus Dn. Johan. Andreas Schmidt / Professor publicus Jenensis, ex communicatione benevola Domini Hokelii accepit. Data Nurenbergæ Idib. Maji anno Salutis M D XXIX. „ cujus hæc sunt verba: Interim „ mitto orationem Nazianzeni de

„ offi-

„ officio Episcopi, ut videas, quemadmodum podagram meam consoler. Nactus præterea sum codicem Græcum ejusdem Gregorii, ex Ungariæ spoliis, ultra quinquaginta opuscula, ejusdem sanctissimi ac doctissimi Viri continentem, ex quibus, si Deus voluerit, pleraque latine loqui incipiam, licet assidue fere ægrotem.
Licet autem thesaurus hic per Asiam Europamque dispersus fuerit, in ipsa tamen antiqua sede reliquiæ quædam superstites mansere, quæ, prout fama cuncta in majus efferre solet, à plurimis auro cariores habitæ fuerunt. Hinc Turcæ, tanquam dracones thesauro invigilantes, nocte dieque illas custodierunt. Hinc eruditis saliva fuit mota intimius, quicquid adhuc residuum erat, inspicere. Quod tandem sub Augustissimo nostro Leopoldo in Legatione Walteri Comitis de Leslie, Lambecio bibliothe-

 cario

cario & consiliario Cæsareo concessum fuit, ceu ipse totam itineris expeditionem narrat, quam integram ex libro secundo de Bibl. Cæs. cap. IX. subjicere placet, ut ex ea quivis cognoscat, quis animus Turcarum, qui locus, quæ conditio bibliothecæ tunc extiterit: Post meridiem, inquit, cum uno Janizzaro & famulo quodam Christiano, Turcicæ linguæ paululum perito securitatis & interpretationis causa in societatem assumptis, contuli me clanculum ad perlustrandum palatium Regis Hungariæ Matthiæ Corvini, maxima ex parte nunc ruinosum & fœde deformatum, licet pristinæ magnificentiæ ejus satis multa satisque perspicua supersint indicia: Nihil vero tunc mihi gratius fuit quam videre per occultum quoddam foramen cryptam illam, sive ollam subterraneam, in qua bibliothecæ Corvinianæ reliquias

„age-

„ ajebant adſervari. Quo non abs-
„ que Turcarum, qui curioſitati
„ meæ ſupervenerant, indignatione
„ properare &c. Idem p. 990. Hinc
„ igitur d. 6. Martii ipſe Dn. legatus,
„ cum apud Vezirium ad priva-
„ tam audientiam eſſet admiſſus,
„ inter alia hoc quoque negotium
„ inſtanter urſit, & tandem hoc ge-
„ nerale, ſeu potius ambiguum ac-
„ cepit reſponſum, ſibi & aliis ſe-
„ ptem, quos è comitatu ſuo ſele-
„ cturus eſſet, mane ſequentis diei
„ permiſſum iri, ut antiquum pa-
„ latium Corvinianum pro lubitu
„ inviſerent, & contemplarentur.
„ Proximo itaq; die conſtituta ho-
„ ra matutina, equitavit dominus
„ legatus in arcem Budenſem, aſ-
„ ſumptis præter me & interpre-
„ tem Dn. Woginum &c. Perlu-
„ ſtravimus deinde totum palatium
„ regis Hungariæ Matth. Corvini,
„ non absque ſingulari admiratio-

„ ne pulcherrimi proſpectus in Da-
„ nubium & appoſitam urbem Peſt-
„ hanum. Poſtquam autem perven-
„ tum eſt ad illam cryptam, in qua
„ bibliothecæ Corvinianæ reliquiæ
„ adſervabantur ; contra omnem
„ opinionem facultas intrandi de-
„ negata eſt , hoc falſo prætextu,
„ quod ille locus publico ipſius ma-
„ gni Vezerii ſigno eſſet obſignatus,
„ nec ſine ſpeciali ejusdem manda-
„ to ſub pœna capitis à quoquam
„ poſſet aperiri. Sic ergò à Turcis
„ deluſi præcipua re infecta in hoſ-
„ potium revertimur. Idem p. 993.
„ die octavo & nono Martii denuo
„ actum eſt cum Vizirio Budenſi de
„ videndis bibliothecæ Corvinia-
„ næ reliquiis: qui cum haud ob-
„ ſcure indicaſſet, veram nuperæ
„ repulſæ cauſam fuiſſe , nimiam
„ multitudinem eorum, qui ex le-
„ gationis comitatu certum conſti-
„ tutum numerum & præter vo-
„ luntatem ipſius domini legati per
varias

,, varias obliquas vias in arcem tunc
,, confluxerant, tandem tamen pro-
,, misit, se permissurum, ut Dn. le-
,, gatus cum aliis tantum duabus
,, personis, quas is secum adductu-
,, rus esset, in cryptam illam libra-
,, riam intromitteretur. Quo ac-
,, cepto responso jussit Dn. legatus,
,, quam maximè illud celari, vicem-
,, que suam patris sui filio Dn. co-
,, miti Jacobo Leslæo demandans
,, præcepit, ut in die 10. Martii &
,, quidem summo mane, ne reliquo
,, legationis comitatui quicquam
,, innotesceret, cum me & inter-
,, prete Dn. Wogino se conferret in
,, arcem Budensem, & an Turcæ
,, tandem aliquando tunc servaturi
,, essent fidem, ultimum experire-
,, tur. Quo secundum præscri-
,, ptum ordinem fideliter facto, in-
,, venimus duodecim circiter vel
,, quindecim Turcas in atrio palatii
,, Corviniani nos præstolantes; à
,, quibus cum satis officiose esse-

„ mus excepti, reserata est memo-
„ ra supra memorata crypta; de-
„ scendimusque in eam dextram
„ versus per scalam lapideam vigin-
„ ti circiter graduum. Lumen au-
„ tem administrabat unica tantum
„ fenestra semicircularis satis ma-
„ gna, quæ in aversa parte collocata
„ respondebat januæ. In hac igi-
„ tur crypta tanquam cyclopico
„ quodam antro invenimus qui-
„ dem celeberrimum illum, & ab
„ omnibus eruditis tamdiu tamque
„ vehementer desideratum biblio-
„ thecæ Corvinianæ thesaurum,
„ sed nec famæ nec expectationi re-
„ spondentem. Constabat enim is
„ in universum trecentis circiter
„ vel summum quadringentis li-
„ bris, cumulatim in terra jacenti-
„ bus & pulverulento situ ac squa-
„ lore adeo coopertis, ut nullum e-
„ jus generis vel fœdius vel misera-
„ bilius spectaculum unquam vide-
„ rim. Postquam autem nonnul-

„ los

„ los hinc inde arreptos, & ex fœto-
„ re protractos aperuimus, statim
„ apparuit, plerosque eorum esse
„ impressos, & exigui, aut nullius
„ fere pretii. Neque vero dubi-
„ tandum est, quin ipsos Turcas ar-
„ cani hujus detecti puduerit, nec
„ alia fuerit gravior causa, cur ii-
„ dem in concedenda istius loci li-
„ centia adeo se præbuerint difficì-
„ les. Ceterum ne labor noster
„ camerinæ illi movendæ impen-
„ sus, omni prorsus careret com-
„ pensatione, haud gravatim nobis
„ permissum est, ut ex paucis co-
„ dicibus manuscriptis, quos im-
„ pressis libris permixtos obiter in-
„ spexeramus, seligeremus tres, &
„ ad perpetuam rei memoriam no-
„ biscum auferemus. Primus ita-
„ que eorum codicum, quos dono
„ accepimus, erat membranaceus,
„ in quarto, ut vocant, majori, con-
„ tinebatque S. Gregorii Nazian-
„ zeni sermones apologeticos no-

 „ vem,

„ vem, è græca in latinam linguam „ translatos. Secundus erat membranaceus in folio, continebatque S. Augustini sermones, de „ verbis Domini. Tertius denique erat chartaceus in quarto, „ continebatque Johan. Episcopi „ Quinque Ecclesiensis, qui tempore regis Hung. Matth. Corv. claruit, poëmata quædam latina „ miscellanea.

Juvat etiam audire Paulum Tafferner S. J. de Cæsarea legatione ad portam Ottomannicam Walteri Comitis de Leslie parte IV. ita loquentem: „ Corvini quoque bibliothecam invisere desiderantibus pro-Rex annuit. Hujus gloria „ in millibus voluminum & præstantissimorum ecclesiæ orientalis authorum copia ac delectu ab „ altero nondum elapso seculo „ constabat. Certabat cum orbis „ christiani etiam Vaticana æmula, cæteris liberariorum monu-

„ men-

„ mentis. Superi vel quantum à
„ fama degener apparuit, vix qua-
„ dringentos codices numerabat:
„ atque hos ipsos nullo ullius facul-
„ tatis academicæ profectui, aut
„ admodum exiguo si comparen-
„ tur. Hos eosdem tinea, ac pul-
„ veres exedunt, vastant mures, &
„ arrodunt, & depascitur veçore in-
„ curia: nunquam videlicet apud
„ Barbaros, & inter rudes pretium,
„ eruditioni fuit, non secus ac Mi-
„ nervæ apud Anticyras.

In tam misero statu reliquias has fuisse multi eruditorum non crediderunt, aureos montes sibi pollicentes. Et hic dormitasse Homerum putarunt, id est, Lambecium pulverem illum scholasticum pulmonibus admodum adversum reformidasse. Sed eventus comprobavit, in Lambecii diligentia desiderari nihil potuisse. Turcis enim profligatis & Buda feliciter capta in Cæsareorum manus jure Belli

per-

pervenerunt. Non postrema cura fuit libros hos servare & Viennam deferre, quod etiam anno 1686. mense octob. factum fuit. Quod autem singuli libri, eorundemque dotes non illico potuerunt excuti, tumultuaria opera confectus fuit catalogus, quem, prout à supra laudato Excellentissimo bibliothecæ Cæsareæ bibliothecario nobiscum communicatus, verbotenus repetere non pigrabimur.

CATALOGUS
Librorum in arce Budensi repertorum annno 1686.

SACRI.

Sancti Patres, aliiq; sacri scriptores.

1. D. Aurel. August. de Civitate Dei unà cum Commentario, impress. in fol.

2. Ejusd.

2. Ejusd. Canones juxta triplicem regulam &c. in fol.
3. Ejusd. ſacr. ord. Regulæ &c. manuſcript. in fol.
4. Idem de verbis Domini: manuſcript in 4to.
5. S. Ambroſius de officiis, manuſcript. in pergam. & fol.
6. D. Bernhard. Abbas de conſiderat. ad Papam Eugenium manuſcript. in fol.
7. S. Bonavent. Sermones de tempore &c. impreſſ. in fol.
8. S. Vincentii de Valentia, ord. Prædic. ſermones in Feſta totius anni.
9. Antonini Archiep. Florent. volumen de Virtut.

&vi-

& vitiis, aliisq; in ser. præsertim de B.V. M. impress. in fol.

10. Ejusd. aliud volumen de Virtutib. & Vitiis in 12. titul. digestum, impr. in fol.

Sacri subdividuntur per ordinem alphab: in sequentes.

Biblia sacra.

1. Biblia sacra cum comment. D. Hieronymi à libro Esdræ usq; ad Ecclesiasticum inclus. impress. in folio.
2. Biblia integra impress. in 4to.
3. Biblia V. T. cum scholiis, vix est hujus operis medietas, impress. in fol. major.
4. Item alia manuscripta in perg. deest multum.

5. Item

5. Item pars Bibliorum V.T. manuscript. in fol.
6. Biblia Ungarica impress. in fol.

Breviaria

Universim octo reperta, quorum quatuor manusc. sunt in pergam. & folio, quatuor vero impress. in fol. Accedit & aliud Brev: primò repertum in fine, est utrinque lac. impress. in octav. major.

Canonisticos.

1. Quatuor codices sacr. Canon. impress. in fol.
2. Itidem quatuor cod. eorund. manuscript. in fol.
3. Item alii quinque manuscripti in perg. & fol.
4. Tituli Decretalium & Constitutiones Ecclesiasticæ, majo-

manuscript. in fol. majore.

5. Duo Tomi, nuncupati rationale divinorum officiorum, uterque impress. in fol. major.

6. Decretorum Ecclesiastico-rum codex integer in fol. maj.

7. Codex Canon. seu Rubric. cum variis titul. de translatione.

8. Processus judiciarius Juris Canonici.

9. Item alter codex de vita, honestateq; Clericorum: manuscr. in fol.

10. De Ministris & ordinibus Ecclesiæ, unà cum vitis sanctorum in fine, impress. in fol. majore.

11. Duo

11. Duo tomi, cum titul. Concordia discordantium canonum, alterque impr. manus in quarto, alter in fol. majore.

12. Decisiones seu conclusiones antiquæ DD. de Rota impress. in fol.

13. Juris canonici fragmenta in cod. utrinque lacero: impr. in fol. maj.

14. Tomus divinorum officiorum liber nuncupatus script. in perg. & fol. maj.

15. Notata super secund. decret. manusc. in fol.

16. Sexti libri decret. compilatio illustrata divisionibus additionibusque per Bonifacium. Octav. co-

dex in fini decr. impr. in fol. maj.

17. Libri secund. decret. pars prima Nicol. Abb. impr. in fol.

18. Supplementum juris Canon. cum ejusd. Rubricis in tomo distincto, impress. in quart. & in folio.

19. Lectura super quarto & quinto Decretal. impress. in fol. maj.

20. Item Lectura aurea rubricarum de vita & moribus Clericorum, Aut. D. Dominico de S. Geminiano impress. in fol. major.

21. Codex canoni. epist. Pontific. cum scholiis in epist. S. Pauli Apostol. manuscript. in perg. & fol. maj.

Co-

22. Codex Decretalium cum summariis suis impress. in fol. major.

23. Summa Hostiensis sup. titul. Decret. compilata, impress. in fol. maj.

24. Decretales cum commentariis & epistolis Pontificum tomus initio lacerat. impress. in fol.

25. Novella Joan. And. sup. quint. Decretal. impress. in fol. maj.

26. Item duo codices sacr. canon. uterque in fol. majore, unus impr. alter manuscript.

27. Decretalia per Alphabetum compilata, auth. Fr. Martino, ord. Præd. manuscript. in pergam. & fol.

28. Tomus juris Canonici cum Epiſtol. Pontif. manuſcr. in pergam. in fol.
29. Tres Tomi ſacr. Canon. in diſtinctis codicibus, duo impreſſ. in fol. major. tertius in quarto.
30. Quæſtiones Canoniſticæ manuſcript. in pergam. & folio.
31. Liber ſextus Decretalium impreſſ. in fol. maj.
32. Epiſtolæ Clementinæ manuſcr. impreſſ. in fol.
33. Item alius Canoniſticus impreſſ. in quarto, nuncupatus Formularium Procuratorum per Euch. Silber.
34. Item alius Codex Juris canon. manuſcript. in pergam. & folio.

Con-

Conciones.

1. Sermones ſacri in Dominicas tot. anni imp. in fol.
2. Item alii in easdem pro toto anno manuſcr. in fol.
3. Item alii in Domin. & Feſta tot. anni impr. in fol.
4. Item Sermones aſcetici vix legibiles ob vetuſtatem librique putredinem, manuſcr. in fol.
5. Sermones aſcetici, in duobus diſtinctis voluminib. quorum unum impr. in quarto, alt. manuſcript. in pergam. & quarto.
6. Sermones Diſcipuli de tempore & Sanctis, unà cum promptuario Exemplorum impr. in fol.

7. Volumen, cui titulus de libro gratiæ, in quo sermones ascetici de variis sanctis, unà cum tractatu in fine, de eruditione filiorum Regalium, simul & de consolatione super morte amici, ubi de pœnis purgatorii suffragiisque Ecclesiæ, impr. in fol.

8. Compendium morale pro sermonibus & collationibus asceticis faciendis impress. in fol.

9. Sermones ascetici in quosdam textus Evangeliorum manuscript. in fol.

10. Informationes asceticæ manuscr. in perg. & fol.

11. Sermones sacri de B. V. M. manuscr. in fol.

12. Ser-

12. Sermones facti in Cantica Canticorum manusc. in fol.

13. Sermones Dominicales super Evangelia & Epistolas per tot. ann. autor. Frat. Hugone de Prato, ordin. Præd.

14. Postilla super libros Macchabæor. impress. in fol. maj.

15. Item alia in N. T. aut. Nicol. de Lyra ord. Min. impress. in fol.

16. Postilla cum addition. super Evangelia & Apocalypsin initio lacer. tomus impress. in fol.

Epistolas.

1. Epist. D. Pauli Apost. incipiendo ab iis, quæ sunt ad Roman. & finiendo ad Corinthios manuscript. in fol.

2. Item ejusdem div. Epistol. incipiendo à Galatis usq; ad Hebræos inclusi. manusc. in fol.

3. Epistolæ divi Cypriani manuscript. in perg. & fol.

4. Epistolæ S. Hieronymi in tomo, cujus vix medietas extat, est namque initio & fine lacer. impress. in fol. maj.

5. Epistolæ & Institutiones asceticæ in duobus libris manuscr. in fol.

6. Item

6. Item aliæ manuscript. cum exhortationibus annexis in fine.
7. Epistolæ variorum Pontificum.

Expositiones in Psalmos, Act. Apostol.

1. Expositiones Psalmorum Davidicorum, in vetusto opere, initio & fine est lacer. manusc. in fol. maj.
2. Item aliæ in Evangelia impress. in fol.
3. Auctarium in Psalterium Davidicum, in fol.
4. Expositiones Evangeliorum cum tractatu de Indulgent. manusc. in fol.
5. Psalterium cum glossis impress. in fol.
6. Expositiones Psalmorum

Nic. de Lyra manuscr. in fol.

7. Ejusdem tertia pars super Prophet. & libros Macchab. impress. in fol.

8. Ejusdem Commentaria in Act. Apost. Apocalyps. impress. in fol. maj.

9. Ejusdem Postilla in N. T. impress. in fol.

10. Scholia in Psalmos manuscript. in fol.

11. Explanatio libri Psalmorum ... August. impr. in fol.

12. Scholia in partem aliquam V... manusc. in perg. & fol.

13. Opus Valentini Presbyteri in Evangelia manusc. in fol.

14. Ex-

14. Explanationes in Prophetas manuscr. in perg. & fol.
15. Glossa ordinaria Petri Lombardi super Epistol. Pauli Apost. manuscr. in fol.
16. Commentaria in Prophetas V. T. usque ad secundum librum Macchab. impress. in fol.

Missalia.

1. Unum in fol. major.
2. Quinque impressa in fol.
3. Quatuor in pergam. & fol. impress.
4. Duo impressa in quarto.

Theologi speculat.

1. D. Thom. Aquinat. summæ

mæ Theologiæ pars prima impress. in fol.

2. Ejusdem secundus liber secundæ partis impr. in fol.

3. Ejusd. tertiæ partis summæ, addition, impr. in fol.

4. Ejusdem tabula quæstionum, libri secundi, partis secundæ.

5. Quæstiones super quarto sententiarum Jo. Scoti manuscr. in fol.

6. Ejusdem volumen in quartum librum sentent. impr. in fol.

7. Sententiæ Theolog. aut. D. Petro Lombardo in fol.

8. Summa Quæstionū theologiæ manuscr. in fol.

9. Quæstiones theolog. de

Sacra-

Sacramentis in genere & in particulari manuscr. in fol.

10. Item aliæ tam manuscriptæ, quam impressæ in fol.

11. Volumen quatuor. libror. Mag. sententiar. imp. in quarto.

12. Summa theologica manusc. in pergam. & fol.

13. De Deo Trino & Uno pars prima Alex. de Ales impr. in fol. major.

14. De Sacramentis in genere cum quæstionibus & resolut. theolog. manuscript. in fol.

15. Quæstiones theolog. de virtutibus & vitiis impr. in fol.

16. De-

16. Decisiones Quæstionum Theolog. manuscr. in volumine non integro & fol.

17. Veritates theologicæ cum Genealogia Patrum V. T. manusc. in perg. & fol.

18. Operis theologici fragm. manusc. in fol.

19. Theolog. manuscriptus in fol.

20. Quæstiones Francisci Maronis super primo sentent. in fol. magno.

21. Codex Theologicus per vetustus & vix legibilis manusc. in fol. major.

Theologos Morales.

1. Codex continens resolutiones morales aliasque ex

Bibli-

Bibliis sumtas annotatio-nes, non est integer, impr. in fol.

2. Summa casuum consci-entiæ compilata per Frat. Astesanum ord. Min. im-press. in fol.

Vitæ Sanctorum.

1. Vitæ antiq. PP. S. à Hiero-nymo ordine alphab. con-scriptæ, & impress. in fol.

2. Vita divi Laurentii Justi-niani Venetiarum Patri-arch. cum opere ab eod. composito, quod intitula-tur, Fasciculus amoris in Cœna Domini, in fol.

3. Vitæ Sanctorum in codi-ce non integro, impr. in fol.

4. Lom-

4. Lombardica Historia, seu aurea legenda Sanctorum in quarto.

5. Item alia Lombard. historia, seu legenda Sanctorum, ordine alphabetico collecta in fol.

VARIA.

Ex Ascetis Theolog. aliisque.

1. Lectura Nicolai de Lyra in sacr. script. msc. in fol.

2. Epistolæ manusc. & exhortationes promiscuæ de variis festivitatib. Sanctor. in fine hujus libri reperiuntur aliquot quæstiones theolog.

3. Tractatus de virtutib. mor. aliisq; variis, ordine alph. dige-

digestis manuscr. in perg. & fol.

4. Dialogi de bono animarum pastore manusc. in fol.

5. Prætestificatio verarum visionum à Deo fluentium, seu liber aliàs dictus Stivias simplicis hominis, manuscript. in perg. & fol.

6. Glypeus fidei S. Rom. ecclesiæ advers. Piccardorum hæresin impr. in fol.

7. De virtutib. & vitiis mysticè ad intellectum transsumptis ex gestis Romanorum, aliisque historiis applicatis, impress. in fol.

8. Volumen complectens septem libros de SS. Trinitate, de creatura mundi, de corruptela peccati, de incar-

carnatione verbi, de gratia Spiritus sancti, sive de medicina sacramentali, de statu finalis judicii. (initio videtur aliquid deesse) impress. in fol.

9. Stylus curiæ Romanæ seu cancellariæ Papalis, mss. in fol.

10. Institutiones asceticæ & theologicæ titulo operis quadragesimalis aut. Roberto de Licio ord. min.

11. Miscellanea ascetica cum legend. de sanctis, de ritibus ecclesiæ, missæ, manusc. in quarto.

12. Volumen de solennitatibus missarum, articulis fidei, decem præceptis, octo beatitudinibus &c. manusc. in fol.

13. Va-

13. Varia de utriusque Testamenti textibus, deque virtutibus & vitiis manusc. in fol.
14. Miscell. ex ascet. & theolog. manusc. in perg. & fol.
15. Declarationes Pontificum circa curiam Romanam, regnum Galliæ &c. manusc. in fol.
16. Varia de virtutib. & vitiis S. Angelis, Sacram. ecclesiæ &c. impress. in fol.
17. Miscellanea ascetica, manusc. in fol.
18. Index hymnorum ecclesiæ in festa; cum annotationibus temporis, quo singuli dicendi sunt.
19. Varia ascetica cum quibusdam decisionibus

theologicis & sermonibus SS. Patrum, manuscr. in perg. in fol.

20. Manipulus curatorum de officiis pastorum animar. aut. Guidone Roderico de Monte impr. in fol.

21. Veritates de sanguine Christi, auth. Joan. Philip. de Lignanni, Messanensi Siculo, impr. in fol.

22. Ascetica & theologica manusc. non est integer liber, impress. in fol.

23. Miscellan. de divinis & terrestribus, impr. in fol.

24. Orationes ecclesiæ in singula anni festa manusc. in perg. & fol.

25. Instructiones & expositiones ceremoniarum ecclesi.

clef. cathol. cum rubricis. manuf. in perg. & fol.

26. Tractatus D. Joan. Palomar. auditoris facri palatii.

27. Tractatus de unitate formarum aut. D. Thom. Aquin. manufc. in fol.

28. Fafciculus temporum fex mundi ætates continens usque ad Chriftum, impreff. in quarto maj.

29. Quæftiones libri fex principiorum impr. in fol.

30. De confolatione Theologiæ, aut. Joan. de Tambaco, ord. Prædicat. impreff. in fol.

31. Liber infcriptus collegialis ecclefiæ Strigonienf. manufcr. in fol.

32. Manuscriptum volumen Græcum in fol.
33. Liber Italicus pervetustus, impress. in fol.
34. Septem libri hebraici impress. in fol. 3. vero in fol. maj.
35. Lutherus adversus decreta Conciliorum, Pontificumq; impress. in quarto.
36. Concordia discordantium canon. de jure constitutionis naturæ humanæ, in quarto maj.

Sequuntur Profani.

Hi dividuntur per ordinem alphabethi in sequentes.

Historicos.

1. Caji Plinii naturalis historiæ libri duo in fol.

2. Stra-

2. Strabo de situ orbis impress. in fol.
3. Caji Plinii historia naturalis, digesta in triginta septem libros, in fol.
4. De natura & proprietatibus diversarum arborum, manusc. in fol. in fine lacer.
5. Epitome decadum quatuordecim T. Livii historici, in centum & decem libr. distinctum est utcunque jam vetustate destructum volumen, impr. in foll. major.
6. Historia belli Romani, non integra, impr. in fol.
7. Caji Plinii secundi naturalis historiæ liber secundus impr. in fol.
8. Titi Livii Decades histo-

riæ tres manuſcr. in fol. major.

9. Hiſtorica Danica cum enarratione rerum ab origine mundi geſtarum, usque ad tempora autoris libri hujus, qui fuit Otto Epiſc. Friſingenſ. impreſſ. in fol.

10. Opuſculum de chronicis & geſtis ſummorum Pontificum ac Imperatorum, aut. Frat. Martino ord. Præd. manuſcr. in fol.

11. Ariſtoteles de animalibus, manuſcript. in fol.

Juriſtas.

1. Vocabularium utriusq; juris, cum decisionibus quæſtionum, deeſt initium, impreſſ. in fol. maj.

2. Opus

2. Opus juris Civilis non est integrum, manuscr. in fol.
3. Tomus Juris utriusque, ut videtur, vix enim legibilis est, ob vetustatem & putredinem, manusc. in fol.
4. Liber Institutionum imperialium, non est integer, impr. in quarto.
5. Volumen juris utriusque manuscr. in fol.
6. Codex juris civilis manusc. in pergam. & fol. maj.
7. Practica judicialis D. Joan. Petr. de Ferrariis, impr. in fol.
8. Tertia & quarta pars speculi Gvilielmi Durandi, cum additionibus Joan. And. & Baldi impr. in fol. maj.
9. Baldus de Perussio, in fine

cum additionibus super secunda parte speculi impr. in fol. maj.

10. Speculum Cæsar. & Pontificii Juris per titulos ordine alphabetico conscriptos, tomus hic non est integer, impress. in fol. maj.

11. Codex juris utriusq; non est integer, manuscriptus partim in pergam. partim in charta; & fol. maj.

12. Rubricæ Institutionum in quatuor libros divisæ, auctor. Baldo de Perussio, liber integer, impr. in fol. major.

13. Notata ex Jure Civili, in articulos distincta, manuscript. in fol.

14. Notata juridica manuſcripta.
15. Conſtitutiones Juris civilis ex omni vetere jure collect. non eſt integer tomus, impr. in fol.
16. Liber ſuper uſibus feudi, Doct. Baldi, utrinque lacer. manuſc. in fol.
17. Volumen, cui titulus, Repertorium Juris, aut. Joan. Bertachini U. J. D. initio eſt lacer. impreſſ. in fol.
18. Rubricæ de judiciis manuſcr. in fol.
19. Codex Juris civilis & canonici, initio lacer. impr. in quarto.
20. Digeſtum vetus de tort. impr. in fol.
21. Angelus de Aretio ſuper volu-

volumine Institutionum, tomus integer & impr. in fol. major.

22. Corpus Juris civilis sine indice & autore, non est integrum, impress. in fol. major.

23. Codex juris utriusq; manuscr. in perg. & fol.

24. Libri tres juris utriusque, author. Baldo & Alex. de Imola, imp. in fol. maj.

25. Libri Decretorum S. Stephani Regis Ungar. codex manuscriptus in pergam. non est integer, sed ex parte igne consumtus in fol.

26. Speculum codicis Juridici imp. in fol.

27. Codex juridicus manusc. in pergam. & fol.

28. Confilia juridica Ludovici Boologni Doct. de Bonon. impress. in fol.

29. Volumen operum Boetii non est integrum, impr. in fol.

30. Pars corporis Juris civilis manuscr. in perg. & fol.

31. Juris allegationes de appellationibus, manuscr. in fol.

Mathematicos.

1. Distinctiones Mathematicæ in volumine manuscript. in fol.

2. Observationes Astrologicæ manusc. in fol.

3. Observationes Astronom. ex astris desumtæ manusc. in fol.

4. Pro-

4. Propositiones Mathem. cum insigni opere Elementorum Euclidis, & commentationibus in geom. artem. impr. in fol.
5. Item alius Mathemat. codex manuscr. in fol.

Medicos.

1. Expositiones in Aphorismos Hippocratis, unà cum quæstionibus, aut. Jacobo Forliviensi imp. in fol. major.
2. Antidotarium medicinale Nicolai authoris, impr. in fol.
3. Liber medicus impress. in fol.
4. Observationes practicæ medicinales manuscr. in quarto.

5. Lilium medicinæ, seu Practica Bernardi de Gordesio, Doctor. Medic. non est integer hic liber, impr. in fol.

6. Volumen cum titulo, Medicinæ diversæ, manuscr. in fol.

7. Item alius liber medicus manusc. in quarto & perg.

Philosophicos.

1. Quæstiones & annotationes Dominici de Flandria, ord. Prædic. in libros D. Thom: Aquinat, de anima Aristotelis.

2. Plato Athenienſ. de Politia cœlesti manusc. in fol.

3. Problemata & opera varia Aristotelis Stagiritæ de

histo-

historia animalium, aliisque impr. in fol.

4. Notata Philosophica manusc. in fol.

5. Quæstiones philosophicæ ex lib. Physic. manuscr. in fol.

6. Philosophia Scoti & D. Thom. Aquinatis in unum tractatum conciliata, impr. in fol. major.

7. Tractatus summularum Logicæ, non est integer, in quarto.

8. Duo volumina summularum cum resolutionibus, quæstionum philosophicarum, usque ad libros physicos inclusivè, impr. in quarto, aut. D. Petro Hispano.

10. Ejus-

9. Ejusdem duo volumina summular. D. Petr. Hisp. in fol.

10. Philosophia Aristot. & text. historiæ de anima impress. in fol.

11. Dictamina Philosophica M. Thomæ de Capua manusc. in fol.

12. Philosophica manusc. in pergam. & fol.

13. De anima & pertinentibus ad ipsam, aut. Anton. de Florentia, ord. Prædic. impress. in fol.

14. Liber distinctionum manuscr. in fol.

15. Epitome D. Mauritii Hibern. ord. Min. in theoremata Scoti, ac etiam ejus-

dem tractatum de primo principio impr. in fol.

16. Liber metaphysicorum manusc. in pergam. & fol.

17. Philosoph. notata & utcunque putredine corrupta manusc. in quarto.

18. Alberti Magni commentarius in textus trium librorum Aristotelis de anima, impr. in fol.

19. Vitæ & sententiæ eorum, qui in *Philosophia* probati fuerunt, impress. in fol.

20. Quæstiones Aristotelicæ, expositæ per Antoninum Andream Fr. ord. Minor. tomus est in fine lacer. impress. in fol.

21. Philosophica manuscripta in fol.

22. Mi-

22. Miſcellanea philoſophica, ut videntur, quia vix legibilia manuſcr. in perg. & fol.

Rhetoricos.

1. Volumen orationum T. Ciceronis impr. in fol.
2. In eund. commentarii impreſſ. in fol.
3. Libri orationum M.T.Cic. integr. impr. in fol.
4. Ejusdem opera cum commentariis, impr. in fol.
5. Item, ejusd. operum cum commentariis volumen aliud impr. in fol.
6. Commentaria in Ciceronem: non ſunt integra, impr. in fol.

Poeticos.

1. Volumen comœdiæ Plauti ludentis avaritiam senum. In fine hujus annexa sunt alia ex libro Metamorph. Epistolarum Plinii secundi & Ciceronis impress. in quarto.
2. Pars voluminis cum titulo Comici Publii Terentii impress. in fol.
3. Metamorphoseos Ovidii liber cum scholiis aut. Regio, in quarto.
4. Satyræ in volumine utcunque lacer. impress. in fol.
5. Emendationes & enarrationes in Plautinas comœdias Bernardi Saraceni Veneti. impr. in fol.

6. Pu-

6. Publii Ovidii Metamorph. emendata & impr. in fol.

7. Heroica manuscripta: deest titulus & autor libri.

8. Satyræ Filelfi non integræ, impr. in fol.

9. Liber Sylvarum Statii Papinii, cum parte voluminis Propertii Aurelii impr. in fol.

Grammaticos aliosque Scholasticos.

1. Grammaticus de elegantiis & reciprocis, sine initio & fine impress. in quarto.

2. Dictionarium latinum manuscriptum in perg. & fol.

3. Dictionarium de prisco-

quam proprietatibus impr. in fol.

4. Dictionarium Ambr. Calepini impr. in fol.

5. Vocabul. lingv. latin. impress. in quarto.

6. Cornu copiæ ling. latin. impress. in fol.

7. Epistolarum Senecæ & controversiarum liber impress. in fol.

8. Ejusdem Epistolæ morales impress. in fol.

9. Idem de moribus impr. in fol.

10. Liber commentariorum, seu cornu copiæ ling. latin. aut. Nicol. Perrotti impress. in fol.

Miscel-

Miscellaneos ex Sacris & Profanis.

1. Centiloquium Ptolomæi manusc. in perg. & quarto.
2. Politicus de modo & virtutibus gubernandi Rempubl. manuscr. in perg. & fol.
3. Volumen de somni Scipionis & Saturnalibus: item commentarii de honesta disciplina imp. in fol.
4. Vocabularium juris utriusque nuncupatum Tabula Martiniana. aut. Frat. Martino, ord. Præd.
5. Volumen per antiquum manuscriptũ in pergam. agit de Arithm. Geomet. & Musica in fol.

6. Volumen de proprietatibus rerum, autore Barthol. Anglico: in fine reperiuntur annexi libri Macrobii de somnio Scipionis, nec non de Saturnalibus, impress. in fol.

7. Varia ex sacris & profanis manuscripta in perg. & quarto.

8. Vocabularium antiquorum adagiorum liber per totum fere lacer. impr. in fol.

9. Miscellanea ex libro Catonis; Theoduli, Tobiæ de contemtu mundi, parabolarum Alani, fabularum Æsopi: integer est hic liber, impr. in quarto.

10. Erasmi Roterodami adagio

giorum chiliades tres & centuriæ fere totidem, impress. in fol.

11. Proverbia variis sermonibus, dialogisque amplificata manuscr. in fol.

12. Opus ac lectura autenticorum Doctorum, aut. Angelo de Perusia; impr. in fol.

13. Varia ex Grammatica & Rhetorica manuscripta in in perg. & folio.

14. Summa vitiorum cum aliis manusc. in quarto.

15. Epistolæ Franc. Filelfi in fol.

16. Commentarii à Philippo Beroaldo conditi in asinum aureum Luc. Apul. in fol.

17. Miscell. ex Medicis, Theol. aliisque manuscr. in perg. & fol.

Pro fine hujus catalogi accedunt fragmina partesq; librorum passim reperta in foliis duntaxat, sine compactura, nomine autoris & titulo.

Conscripti à Patre Soc. Jes. Missionario Castrensi apud inclyt. Regimen. Salmyanum.

(L.S.)

Coram me Francisco Henrico à Rensing. Cæsareo Belli-Commissario.

(L.S.)

Hæc

Hæc autem Catalogi inſpectio docebit, quantum fatum in ultimo fato paſſa fuerit hæc Bibliotheca, cum nec qualitate nec quantitate eruditorum deſideriis reſpondeat. Præcipue cum non vanus rumor nobis retulerit militum rapaces manus non abſtinuiſſe ab hoc qualicunq; theſauro. Nec illud negaverim quosdam Turcas eruditos proprium in uſum codices nonnullos exinde in ſua muſea tranſtuliſſe, qui poſtea in prædam militum gregariorum ceſſerunt.

Præter reliquias illas Bibliothecæ Corvinianæ in eandē Bibliothecam Auguſtal. m. devenerunt tres magnæ ciſtæ, variis libris manuſcriptis, Turcicis, quibus continentur militaria, cameralia, œconomica, ſupputationes redituum, vectigalium, dependentiæ Regiæ Budenſis, Protocolla & Regiſtra datorum & acceptorum, alimenta & ſalaria militum.

Dum

Dum hæc sub prelo sudabant, amicus quidam catalogum librorum ex bibliotheca Augusta Guelferbytanâ suprà promissum ad nos transmisit; quem etiam subjicere hoc in loco placuit. Sunt autem seqq.

1. Mſ. Pſalmor. Davidis Prophetæ liber, ex biblioth. Bud. Matthiæ Corvini R. U. lat.
2. Mſ. Miſſale eſt, in quo poſt calendarium, benedictio, & exorciſmus ſalis præmittuntur, lat.
3. Mſ. latin. Sineſii Platonici liber de vaticinio ſomniorum, è græco translatus à Marſilio Ficino, cum præfat. Philippi Valoris.
4. Mſ. latin. libri duo epiſtolarum Marſilii Ficini, tertius nimirum & quartus; deeſt primus eſt ſecundus.
5. Mſ. lat. Marſilii Ficini epiſtolarum libr. VIII. cum præfatione Philippi Valoris civis Florentini ad Matthiam Corvinum Pannoniæ regem. In hoc volumine

habe-

habetur egregie elaborata regis & reginæ effigies, grossi magnitudinem paulo excedens.

6. Mſ. lat. Stellarium Johannis Tolhopf. Matthiæ Corvino Hung. Bohem. regi inſcriptum, agit de motibus planetarum & ſtellarum fix. ſecundum Copernici hypoth.

7. Decem mappæ nauticæ calamo delineatæ & coloribus perite diſtinctæ, in perg. & fol. min.

8. Mſ. lat. Bartholomæi Fontii opera, Matth. Corv. R. U. dicata, duobus libris, & certis ſectionibus comprehenſa, 1. agit de Tadeo vel de locis Perſianis. 2. dicitur Saxettus. 3. eſt de Satira & ſtudiis humanitatis. 4. de ſapientia. 5. de poëtice. 6. de bonis artibus. 7. de hiſtoria. 8. de eloquentia. 9. de Pauli Ghiacciti vita. 10. de Donato vel pœnitentia. 11. de menſuris

ris

ris & ponderibus. 12. est commentar. in Persium.

9. Mſ. lat. ordo missalis secundum consuetud: Romanæ curiæ.

10. Mſ. lat. laudes bellicæ Matth. Corvini Hugariæ Regis versibus descriptæ per Alexand. Cortesiũ.

11. Mſ. lat. (1) interpretatio Prisciani Lydii in Theophrastum de sensu, traducta & exposita à Marsilio Ficino. (2) Ejusdem Prisciani interpretatio in Theophrastum de phantasia itidem à Ficino traducta, & exposita.

12. Mſ. lat. Auli Gellii Noctium Atticarum commentarii libri 19. comprehensi anno Domini 1403. eleganter scripti per Dn. Vitum, ad instantiam Dni. Andreæ Matthiæ, Marchionis But. & duce Hadrio.

13. Mſ. lat. C. Valerius Catullus Veronensis, Albius Tibullus. Eq. Rom. poëta. Propertius Aurelius Nauta poëta.

Et

Et hæc ſunt, VIR ILLUSTRIS atque GENEROSISSIME, quæ ad Te de Bibliothecæ Budenſis fatis ſcribere potui. Ex harum ſchedarum lectione, lubens fateor, doctior non abibis, cum cuncta hæc dudum Tibi fuerint notiſſima. Maluiſſem ſcriptionem Tollii, vel ſupra laudati Bibliothecarii Vindobonenſis ſpecialem & accuratiorem recenſionem, quam promiſit, ad Te mittere. Sed inſtigavit me hisce nund. Francof. ad hunc laborem maturandum vir clariſſimus deque re literaria optime meritus Daniel Georgius Morhofius, Profeſſor Kilonienſis, mentionem propoſiti in erudito ſuo Polyhiſtore faciens. Hinc non ceſſavi monitis viri celeberrimi pro viribus meis, quas admodum tenues eſſe fateor, quadantenus reſpondere. Forſan autem per hanc qualemcunque epiſtolam quoque exci-

excitabuntur viri illi celeberrimi, ut desiderio orbis literati satisfaciant. Tu interea vive Tibi & Reipubl. utriq; quam diutissimè, mihiq; favere perge. Dab. Jenæ d. 26. Junii A. R. S. CIↃ IↃC LXXXVIII.

Emendanda.

Ut cœlum, licet serenissimum sit, sine stellis erraticis non est, sic quivis liber, etiam paucis paginis constans, sine erratis vix publicæ luci traditur. Idem accidit epistolæ meæ, tum ob ammanuensis mei incuriam, tum maxime ob meam absentiam; hinc L. B. seqq. corrige, & si quæ plura ab oculo fugitivo observata non fuerunt, pro tua humanitate, ut ea emendes, obnixè rogo.

P. 6, l. 12. librorum multitudine. p. 12. l. 18. Brassicanus. p. 14. l. 5. lege &. p. 15. l. 20. Austrum. p. 16. l. 10. Brassicanus. p. 17. à linea 10. ad 14. deleantur virgulæ. p. 17. l. 20. referant. p. 21. l. 20. dele l. I. p. 23. l. 16. Joannes Langus. p. 27. l. 23. Corviniana. p. 30. l. 9. regiæ. l. 15. manuscriptor. p. 38. l. 2. Malatestum. l. 12. Capranum. p. 40. l. 14. minutis. p. 43. l. 6. dele &c. & lege de. p. 52. l. 24. cellam. p. 53. l. 2. oppositam. p. 53. l. 4. prospere peracto. p. 54. l. 23. dele certum, lege contra. p. 59. l. 6. compararentur, futuros. p. 68. l. 14. pro impress. lege in perg. & p. 85. l. 17. Tamboro.